



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

44 Modus eligendi Aduocatum, qui instet pro Canonizatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

TERTIVM. 161

admonet, quòd super his de-
beant cogitare, vt cùm requi-
siti fuerint, maturè possint re-
spondere; hisquè dictis finitur
Consistorium, quæ ad amussim
leguntur dicto cap. 1. vers. fit
post hæc publicum Consistorium
fol. 30. à tergo, & 31. ac re-
petuntur ab Angelo Roccha de
Canonizatione Sanct. cap. 37.
Rubr. de Consistorio secundo, &
Lezana consult. 1. num. 71.

Electio * talis Aduocati hoc 44
modo per Collegium fit; Agen-
tes enim pro Canonizatione
porrigunt libellum supplicem
D. Decano super illius electio-
ne, eoque lecto Collegialiter, fit
deputatio, sicut obseruatum
fuisse in Canonizatione D. Ca-
L roli

roli Borromei legitur in libro
Camerarii die 26. Ianuarii
1610. fol. 83. à tergo, pro qua
electus fuit Cardinalis Iulius
Roma Mediolanensis tunc Con-
sistorialis Aulæ Aduocatus.

45 Et quia * post Consistorium
publicum, celebratur semipu-
blicum, quod superius dictum
fuit esse speciem secreti, con-
uocatis vltra Sacrum Colle-
gium omnibus Prælati Curia
scilicet Patriarchis, Archiepi-
scopis, Episcopis, & Abbatibus,
ad quos tantum pertinet votum
proferre, cui interesse debent
etiam Prothonotarii, vt rogen-
tur de gestis, & Auditores Ro-
tæ, qui fuerunt Commissarii,
vt tanquam informati explicent
fi